

A.D. 1369. Hæres Regni, suam meram Voluntatem
valeat ordinare.

Edu. 3. Si verò aliquis, de Sanguine Regali
Angliae, Princeps, Dux, Comes, seu
quicunque alter fuerit (exceptis proximè dictis) Captus & Captivatus, con-
sentimus & volumus quod sit Capientis
& Occupantis, & eidem concedatur.

Non est autem Intentionis nostræ Con-
federationes & Amicitias, inter Nos &
Procuratores, de quibus supra fit Men-
tio, factas, corrigere, diminuere, nisi so-
lum in præfatis Declarationibus, aut ab
ipsis discedere quoquomodo; quinymo
ipsas, cum supradictis Declarationibus,
& cum Pœnis, & aliis in ipsis ambabus

Confoederationibus contentis, volumus, A.D. 1369
pro nostrâ Parte, in suo Robore, prout
sunt, permanere.

Edu. 3. In quorum Testimonium præsentes
Literas Sigilli nostri Magni jussimus mu-
nimine roborari.

Datum in Palatio nostro Civitatis no-
stræ Tolletanæ, Die octavæ Junii, Anno
Dominii Millesimo, Trecentesimo, Sex-
agesimo nono, secundum Computatio-
nem Romanam, & Regni nostri Anno
Quarto.

Sic signata, per Regem in suo Concilio.

Noiers.

De Insula de Taneto, Muris & Fossatis, includenda.

A.D. 1369. *E*dwardus, Dei gratiâ, Rex An-
An. 43. E. 3. glia & Franciæ, & Dominus Hi-
berniæ, dilectis & fidelibus suis,
Pat. 43. E. 3. Johanni de Cobeham, Roberto Beal-
p. 2. m. 45. d. knap, Willielmo de Horner, Simoni de
Kegworth, & Thomæ de Garwynton,
Salutem.

Cùm, ut accepimus, diversa loca, in
partibus Insulæ de Taneto versus Mare,
quibus Naves & Batelli applicare pote-
runt, aperta existunt,

Per quæ, nisi citius Muris & Fossa-
tis Fortificantur, gravia Dampna & Pe-
ricula tam eidem Insule quam Homini-
bus in ea commorantibus, & par-
tibus adjacentibus evenire formidantur;

Nos (volentes salvationi & defensio-
ni Regni nostri circumquaque provide-
re) assignavimus vos, Quatuor, Tres, &
Duos vestrum, ad supervidendum omnes
Costeras Insulæ prædictæ,

Et ad omnia Loca in Costeris præ-
dictis, in quibus Naves vel Batelli ap-
plicare poterunt, si per Muros & Fos-
sata defendi valeant, Muris & Fossatis
includi & muniri,

Et ad omnes illos, qui Terras vel
Tenementa in Insula prædicta habent,
& quos, per Inquisitiones, per vos in-
de capiendas, vel alio modo legitimo,
vobis constare poterit Commodum vel
Salvationem per Muros vel Fossata illa,
si facta existunt, aut Dampnum, si fa-
cta non fuerint, habere posse, ad ea-
dem Muros & Fossata (videlicet) quem-
libet eorum juxta Ratam Tenuræ sua,

rationabiliter faciendam, Disstringi, & A.D. 1369.
Compelli faciendum, nulli Diviti, seu
alii, cujuscumque Statu seu conditionis
fuerit parcendo,

Et ad omnia alia, quæ pro Salvatione
& Defensione Insulæ prædictæ, per Mu-
ros & Fossata hujusmodi, necessaria
fuerint, faciendum prout melius & utilius,
juxta discretiones vestras, videritis
expedire;

Et ideo vobis Mandamus quod circa
præmissa, omnia & singula, facienda
& exequenda, cum omni diligentia, In-
tentatis, & ea faciatis & expleatis in
forma prædicta.

Damus autem Vicecomiti nostro Xan-
tiæ, necnon omnibus & singulis, Ter-
ras & Tenementa in Insula prædicta ha-
bentibus, tenore præsentium, in Man-
datis quod vobis, in præmissis omnibus
& singulis faciendis & exequendis, Re-
spondentes sint, Confidentes, & Auxi-
liantes, quotiens & prout Vos, Qua-
tuor, Tres, vel Duo vestrum cis, vel
eorum alicui, scire feceritis ex parte
nostra.

In cuius rei Testimonium has Literas
nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud Westmonasterium,
undecimo die Junii, Anno Regni nostri
Angliae Quadragesimo tertio, Regni ve-
rò nostri Franciæ Tricesimo.

Per ipsum Regem & Concilium.

De